

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Philippi Melanchthonis Grammatica Latina**

**Melanchthon, Philipp**

**Wittebergae, 1621**

Caput III. Syntaxis Nominum intransitiva in specie numeralium

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

*Quomodo valet? Egrotat.*

*Quò vadis? Lipsiam. In templum. Ad patrem.*

*Emptum panes.*

*Quotus es in ordine? Occupo primum locum.*

## CAPUT III.

## SYNTAXIS NOMINUM

Intransitiva in Specie Numeralium.

## REGULA I.

† In Numeralibus nunquam duo Adjectiva in unius eiusdemq; digiti prolatione concurrunt; sed si opus<sup>1</sup> est, Adverbiis Numeri augentur. ut:

*Annos ducentos vixit. Annos bis<sup>2</sup> centum vixi. Ovid. l. 12. Met.*

*Bis mille equites. Bis millesimus annus.*

*Aliquoties centena millia Erratorum.*

## REGULA II.

† Mille Substantivum augetur numeris Cardinalibus vel Distributivis. ut:

*Duo millia virorum. Centum millia.*

*Centena millia. Millena millia.*

† Sed numerus, qui ultra Centum millia,<sup>1</sup> sive Centena millia, aut Millena millia est, Adverbiis augetur. ut: *Decies centena millia.*

*Ter millena millia. Tricies centum millia.*

[Sueton. Jul.]

2 4

Ab



**Ab** India ad Herculis columnas Gadibus sacra-  
tas, octuagies quingvies centena septua-  
ginta octo millia passuum. Plin. l. 2. c. 108.  
[8578000.]

2. **Minima** computatione, millies centena millia Se-  
stertium, 2 annis omnibus, India & Seres,  
peninsulaq; illa, Imperio nostro ademut.  
Plin. [100000000.]

**Δ N O T A.** In hac forma, quando Nomen  
Sestertium, cum Adverbio Numeri ponitur,  
numerus Centenorum millium ferè omitti  
folet, ut:

**Totumq;** illud Tiberii Caesaris, vicies ac septies  
millies Sestertium, non toto vertente anno  
absumpsit. Sueton. Calig. c. 37. pro, vicies  
ac septies millies Centena millia Sestertium.  
[2700000000.]

**Decies** Sestertium. pro, Decies centena millia  
Sestertium.

3. **Centies** Sestertium. 3 pro, Centies centena millia  
Sestertiorum.

### REGULA III.

1. **Δ** In Numeris Cardinalibus sine copula  
positis, præcedit major numerus minorem.  
ut:

**Millia** passuum decem novem. Caesar.

**Naves** expediunt numero decem septem. Caesar.

**Signa** militaria capta centum quingvagenta qua-  
tuor. Liv.

**Maior** viginti quingve annis [Non quingve vi-  
ginti.]

REGU-



REGULA IV.

Δ In Numeris Cardinalibus cum Copula  
positis, infra Centum, plerunqvs minor; <sup>2</sup> 2.  
ultra Centum verò, semper maior numerus  
præcedit.

Infra. Minor. *Tres & viginti Elephanti. Liv.*

*Septem & quadraginta anni. Cic.*

*Quinqve & sexaginta annos na-  
tus. Cic.*

Maior. *Decem & octo Rhodie naves. Liv.*

Ultrà. *Leontinus Gorgias Centum & septem cõ-  
plevit annos. Cic. de Sen.*

*Quum non longè mille & quingentis passibus  
abesset. Cas. 1. bell. Gall.*

REGULA V.

Δ In numeris Ordinalibus, promiscuè <sup>3</sup> 3.  
vel præcedit vel sequitur maior numerus mi-  
norem. ut:

*Plato uno & octogesimo anno scribens mortuus  
est. Cic. de Sen.*

*Isocrates quarto & octogesimo anno, eum librum,  
qui Panathenæicus inscribitur, scri-  
psisse dicitur. Cic. de Sen.*

*Centesima lux hac est ab interitu Clodii, & opinor  
altera. Cic. pro Mil.*

*Sic; Decimus quartus. Et, Quartus decimus.*

REGULA VI.

† Distributivis Numeralibus utimur,  
quum singulis <sup>4</sup> 4.  
eundem numerum attribui-  
mus. ut:

Q 5

Binos



*Binos tabellarios in duas naves imposui. Cic. i. e. in unam duos, in alteram etiam duos.*

*Pueri senum septeniumq; denum annorum. Cic. Non 16 vnd 17 Jahren.*

Efferuntur autem Distributivæ locutiones tribus modis. Nam

I. Vel Distributivis solis utimur. *ut: Milites acceperunt denos aureos.*

II. Vel Distributivis vocem *Singuli aut Unusquisque* adjicimus. *ut:*

*Singuli milites acceperunt denos aureos. Unusquisque militum accepit denos aureos.*

III. Vel utimur Cardinalibus, adjecta voce *Singuli aut Unusquisque*. *ut:*

*Singuli milites acceperunt decem aureos. Unusquisque militum accepit decem aureos.*

Δ Ν Ο Τ Α. Poëtæ Distributivis aliquando utuntur pro Cardinalibus. *ut: Septeno gurgite, Lucan. lib. 8. pro, septem gurgitibus. Per duodena regit mundi Sol aureus astra. Virg.*

*1. Georg. pro. per duodecim astra.*

### REGULA VII.

† Adduntur & Distributiva Numeralia Nominibus, quæ Pluraliter tantum dicuntur. *ut:*

*Binas literas abs te accepi eodem exemplo. Cic. lib. 10. ep. 5. i. e. duas epistolas.*

*Bina castra hostium expugnata. Florus.*

*Sic, Unæ Nuptiæ: Unæ litera, rectè dicitur. ut: Ex unis nuptiis geminas mihi conficiet. Ter.*

*Andr. 4. 1.*

Livius



Livius<sup>7</sup> etiam dixit: *Tribus liberis, pro ternis.* 5.

## REGULA VIII.

† Ordinalibus, item Superlativis, & quæ cognatæ significationis sunt, eleganter adjicitur particula *QVISQVE*,<sup>6</sup> quum quid statum per singula æqualiter significatur. *ut:* 6.

*Tertio quoque die venire solet. Ze am drittē tage. Decimum quemque militem ad supplicium legit.*

*Liv. l. 2. ab. U. C. Ze den zehenden.*

*Optimus quisque nobilissimus.*

*Quotus quisque. Præcipuus quisque.*

Δ Reperitur etiam, *Bonus quisque. Melior ac doctior quisque; apud Cicer. Terent: Senec. Plin.*

Δ Possunt tamen Ordinalia etiam Partitivorum more, cum Genitivo plurali<sup>7</sup> constructui. *ut:* 7.

*Quartus quisque annorum Bisextilis est. Sueton. Jul. c. 40.*

## CAPUT IV.

## SYNTAXIS NOMINUM

Transitiva.

Δ *Quotuplex est Syntaxis Nominum Trans-*  
*itiva?*

Quadruplex: Aut enim construuntur Nomina in quocunque Casu, cum Genitivo: aut cum Dativo: aut cum Accusativo: aut cum Ablativo.

NO-